



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Rebus Iaponicis, Indicis, Et Pervanis Epistolæ  
Recentiores**

**Hay, John**

**Antverpiae, 1605**

Quid acciderit Nangasachi, Eivsqve Territorio, Postqvam Rex mentem  
suam declaravit. Capvt V.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61204)

QVID ACCIDERIT NANGASACHI, EIVS-  
QVE TERRITORIO, POSTQVAM REX  
mentem suam declaravit.

## CAPVT V.

CVM Rex mentem suam in hoc negotio modo iam dicto aperuisset, misit ad Fazamburum gentilem & substitutū Tarazauondoni fratris mandatum, vt Patres Franciscanos intra paucos dies Meaco abducendos Nangoiam, vbi ille sedem suam habebat, inde porrò duceret Nangasachum in crucem agēdos. Cum hoc mandato allatum est & decretum Præfectorū aule, in quo Fazamburo animus Regis exponebatur, mandabaturque ne vllum Patrem prædicandi Euangelij causa sineret Nangasacho proficisci Meacum; multo autem minùs permitteret intra fines suæ gubernationis eiusmodi prædicationem institui. Accepit his litteris Fazamburus curauit vocari substitutum, P. Ioannem Rodriguez, & alios duos eiusdem regionis, omnibusque voluntatem Regiam patefecit; mandauit quoque duobus Nangasachanis, vt seuerè prohiberent, ne vllus Iaponius Ecclesiam adiret, nulli itè catus a Christianis vel aliæ res externæ institueretur, quæ ab Ethnicis notari possint. P. Ioanni deinde etiã atq; etiã inculcauit, ne nostri prædicandi gratia varia loca obirēt, nec rumoribus causam darent; alioquin apud Regē tum nostros tum omnes Christianos periculum capitis fortunarumque omnium facile adiuturos. Denique commisit substituto, moneret tres Patres Franciscanos Nangasachi degentes, vt breuissimo quoque tempore, Collegio Societatis etiam omisso, reciperent se in nauem Lusitanorum; sic enim expedire ipsis Patribus, Gubernatori, & vbi, et si libentes volentes nollent parere, accerseret Capitaneum, si quis eos vellet recipere: Quod si verò aliquis fuga elaberetur, eum curaret inquirendum, consignandumque Domino loci, in quo inueniretur. P. Ioannes Nangoia reuersus informauit P. Viceprouincialem, & ceteros de nostris; qui molestius, quam cogitari potest, hoc mandatum exceperet. Fuit enim Viceprouincialis, coactus instructionem in omnes Iaponiæ angulos transmittere, quemadmodum cum fidelibus agere debeant, reuocareque illis in mentem, hoc esse tempus, quo in omnes futuros casus armati esse debeant, eoque applicarent magnam aliquem numerum sacrificiorum quotidianorum, ieiuniorum, & disciplinarum, ad impetrandum a Domino robur viriliter resistendi hostium coactibus.

Substitutus

Substitutus Fazamburi mandata de P. Franciscanis est ex-  
tus: simulque sub pœna vitę cauit, ne vllus nauta eos reducere  
terram. Præterea Viceprovincialis curauit agi cum Dominis  
Armenis & Omurano, vt viderent, qua prouisione opus esset  
tempore circa nostros in eorum ditione agentes. Respondens  
dicti Domini sibi videri, tempori non nihil seruiendum; expectans  
vt pietas Christiana intra priuatos parietes non nihil desit  
modò ne omittantur, quæ necessaria sunt ad salutem Chris-  
tianorum. Nec voluit Dominus Armenis (in cuius statu extat  
seminarium) consentire in mutationem a P. Viceprovinciali de-  
signatam, nempe, vt domus illa centum coque amplius alumnos  
transferretur Amaculam, locum longius remotum, & Neuma-  
tus (qui triginta habens tyrones intra sex menses erat dissolu-  
tus) Amacula transferretur ad ipsius statum. Neque ab hoc pro-  
posito, in tam præsentis periculo, potuit dielli. Tantopere autem  
semper complexus est illud seminarium, vt abiens Coraui, per-  
truo suo, qui gubernationem status susceperat, con-mendaret,  
si nouum aliquod edictum a Taicosama veniret, præ omnibus  
seminarij incolumitatem tueretur.

Augustinus agens in regno Coraiano, simulatque rumor  
hac persecutione ibi increbuit, certum hominem ad Vicepro-  
uincialem amandauit, qui ei operam omnem & studium suum offer-  
ret, & certiora ab eo cognosceret. Idem fecere Domini Naga-  
cho finitimi, tam gentiles quam Christiani, mittentes ad  
quosdam qui P. Viceprovincialem solarentur, eisque omnia  
officia & auxilia offerrent.

QVEM AD MODVM SECUNDO NOMINA  
CHRISTIANORVM, QUI CVM PATRIBVS  
Franciscanis agebant, descripta sunt.

CAPVT VI.

**G**IBONOSCIVS perspecta voluntate Regia, Substituto  
Meaco euocauit, eique præcepit, vt in schedulam vnã re-  
ferret omnium Christianorum nomina, qui cum Patribus  
D. Francisci familiariter agerent. Is Meacum regressus, nomina  
eorum à Patribus exegit, & in scriptum relata sunt septusaginta  
capita supra centum, e quibus non erant, quos Gibonoscius ve-  
lebat. Et quia Substituto illi videbatur numerus magnus, cursum  
curauit exigi tantum nomina eorum, qui cum ipsis Patribus age-  
rent: vnde ad Gibonoscium non est allatus catalogus nisi capiti-  
qu-